alia ſunt, de qvibus apud nos nemo te melius judicare poteſt, qvi ipſam ingreſſus Angliam & lingvam didiciſti, & mores perſpexiſti, & doctorum virorum familiaritatem tibi conciliaſti, & eruditionem inde retuliſti ætate tuâ majorem. Nolim te hâc ratione à ſeriis ac magis neceſſariis avocari, per qvæ te patriæ doctorem præparas, cùm horæ ſubciſivæ, qvibus à ſeverioribus ſtudiis laxamentum qværis, impendi qveant. Felix ocium, cui ſic indulgetur, ut bono publico proſimus. Vale. Scribebam Lipſiæ, poſtridie Kalendas Aprileis, Anno M DC LXXIX.

Claritati Tuæ

ad preces & ſtudia

JO. BENEDICTUS CARPZOV,
SS. Theol. Doct. Ling. S. Prof. Ord.
& ad D. Thomæ Eccleſiaſtes.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358297001/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft